

## FORMICIDARUM SPECIES NOVÆ VEL MINUS COGNITÆ

IN COLLECTIONE MUSÆI NATIONALIS HUNGARICI,  
 QUAS IN NOVA-GUINEA, COLONIA GERMANICA, COLLEGIT L. BIRÓ.

A CAROLO EMERY,

1900 b

in Archigymnasio Bononiensi zoologiæ lectore publico descripta.

Publicatio secunda.

(Tab. VIII.)

IV.

*Species novae e subfamiliis Dorylinarum et Ponerinarum; specierum generis Trapeziopellae atque generis Poneræ s. str. ex Oceania tabulae analyticæ.*

47. *Aenictus currax* n. sp. (Tab. VIII. fig. 1.)

*Operaria.* Fusco-nigra, nitida, pilosa, macula magna lutea utrinque ad angulos occipitis, ore, antennis, prothorace, epinoto, petioloque castaneis, geniculis, tibiis tarsisque rufescentibus. Caput oblongum, postice truncatum seu late emarginatum, scapo marginem occipitis haud attingente, funiculi articulis omnibus longioribus quam crassioribus. Caput et thorax levia, nitidissima, punctis minutis, piligeris dispersis; pleuræ striato-rugosæ, opacæ; epinotum superne minutissime punctulatum sed nitidum, basi breviter striatum, dorso mesonoti epinotique inter se loco suturæ angulum obtusum amplectentibus, epinoto ipso postice rotundato. Petiolus et postpetiolus nitidi, hic illo vix latior et paulo brevior, nodo petioli elongato-ovato, nodo postpetioli subrotundo, vix longiore quam latiore, petiolo subtus antice cum lobo obtuso, postpetiolo cum denticulo acuto. — L. 3—3¼ mm.

*Ae. levicipiti* F. Sm. et *gracili* EMERY affinis; a priore capite lateribus minus rotundato, postice latius truncato, maculisque luteis capitis repositis, ab altero postpetiolo minus gracili et haud angustiore quam petiolus, ab utroque antennarum scapo brevior et epinoto petioloque superne nitidis agnoscendus.

\* Vide publicationem primam: Természetráji Fü. XX. 1897, p. 571—599.

*Erima* (Astrolabebai).

*Adnot.* — *Ae. arati*, quem FOREL nuperrime ex Queensland *Australiae* descripsit, L. BRÖ specimen in silva *Lemien* legit.

48. *Rhopalopone* \* *cribrata* n. sp.

*Operaria.* Fusco-ferruginea, mandibulis, antennis, pedibus anoque rufo-testaceis, breviter oblique pilosa, seu potius longius suberecte pubescens. Caput paulo longius quam latius, postice late arcuatim excavatum, angulis posticis prominulis, clypeo, fronte antice et fovea antennali subtiliter acute striatis, caeterum similiter striatum praetereaque punctis pubigeris magnis, rotundis, profundis, creberrimis, in fronte et vertice longitrorsum in sulcos confluentibus. Mandibulae trigonae, edentulae, crebre punctatae, pubescentes. Oculi nulli. Antennae scapo marginem occipitis non attingente, articulo secundo duobus sequentibus una subaequali, 4—9 paulo crassioribus quam longioribus, 10—12 clavam efficientibus. Promesonoti sculptura sicut capitis, sed striae minus distinctae, linea media sublevi. nitida; epinoti latera antice nitidissima, levia, postice infra striata; dorsum eius striatum et punctatum, medio levigatum, pagina declivis concava, nitidissima, lateribus marginata, angulo utrinque inter ipsam et paginam dorsalem acuto, subdentiformi. Petiolus superne subtrapezoideus, postice latior, a latere visus squama crassa basi crassiore, superne subtruncata, subtus processu compresso, obtuso instructus, nitidus et grosse punctatus. Segmentum abdominis postpetiolare sequenti subaequilongum, nitidissimum, punctis grossis pubigeris discretis; puncta similia sed minora in basi segmenti sequentis observantur. — L. 2<sup>1</sup>/<sub>3</sub> mm.

Specimina 3 cribrando collecta.

49. *Rhopalopone* *epinotalis* EMERY.

Ann. Mus. Civ. Genova, v. 38. p. 550. (sine descr.)

*Operaria.* Fulvo-ferruginea, mandibulis, antennis, pedibus abdomineque dilutioribus. Praecedenti simillima, sed gracilior: caput magis elongatum, circiter quarta parte longius quam latius, occipite minus profunde excavato, subtilius sculptum, punctis in sulcos oblique longitudinales et irregulares confluentibus, fronte et foveis antennalibus similiter sculptis, clypeo tantum striato, mandibulis brevioribus, punctis majoribus, haud crebris. Antennae articulis 4—9 multo crassioribus quam longioribus. Promesonotum irregulariter longitrorsum rugosum, absque linea media levi; epinotum superne et postice leve, nitidissimum, lateribus maxima parte

\* Gen. *Rhopalopone* institui in Ann. Mus. Civ. Genova v. 38. p. 549. (1897) pro duabus speciebus hic describendis. A gen. *Typhlomyrmex* differt praesertim thoracis suturis nullis et petiolo antice haud petiolato. *Ponera simillima* F. SM. Pr. Linn. Soc. London v. 5. p. 105. (nec p. 104.) 1860, ob oculos in mediis capitis lateribus situs huic generi, sed speciei diversae pertinere videtur.

striatis, pagina declivi abrupta, subplana, angulis posticis nequaquam dentiformibus. Petioli squama crassior, haud punctata. Abdominis segmentum secundum punctis multo subtilioribus quam in *R. cribrata*, sed crebrioribus et in lateribus magis minusve longitrorsum confluentibus, segmento tertio subtilius punctato. Pedes breviores quam in *R. cribrata*. — L.  $1\frac{3}{4}$  mm.

*Foemina*. Paulo rudius sculpta quam operaria, epinoto superne rugoso, petiolo latiore, segmento postpetiolarum scabriore, opaco. Alæ desunt. Oculi majusculi et ocelli adsunt. Color obscurior. — L. parum ultra 2 mm.

*Insula Selco* prope *Berlinhafen* quatuor ♂ ♀. Ad *Paumotu River* ♀ legit. L. LORIA (coll. Musæi Januensis).

50. *Rhytidoponera aenescens* n. sp.

*Operaria*. *Rh. impressae* MAYR var. *purpureae* EMERY proxima, notis sequentibus agnoscenda: caput angulis posticis magis rotundatis, rugis capitis magis reticulatis, minus longitudinalibus; thorax robustior, mesonoto minus convexo, postice super epinotum aliquantulum elevato, linea dorsii propterea post mesonotum abrupte depressa, epinoto irregulariter minus transverse, magis reticulatim rugoso; petiolus nodo brevior, superne haud deplanato, sed a latere viso supra, antice cum angulo distincto, postice rotundato; postpetiolus concentricè, rudius striatus; segmentum tertium striis longitudinalibus mediis antorsum convergentibus; coxæ anticæ rugosæ; pili erecti breviores et crassiores. Color fuscus, vel fusco-ferrugineus, subænescens, segmentis abdominis 2—3 cinereo-ænescentibus, mandibulis, antennis et pedibus magis minusve rufescentibus. — L.  $7-7\frac{1}{2}$  mm.

*Lemien*, apud *Berlinhafen*.

51. *Rhytidoponera inops* n. sp.

*Operaria*. Fusca, subænescens, mandibulis, antennis pedibusque ferrugineo-rufescentibus, ano flavo-testaceo. Caput ut in *R. metallica*, sculptura tamen magis longitudinali, fronte regulariter longitrorsum sulcata. Thoracis structura ut in *R. metallica*, rugæ pronoti longitudinales, antice et lateribus reticulatim confluentes, mesonoti reticulatæ, epinoti superne transversæ, laterum irregulares. Impressio epinoti pro nodo petioli magna, rotundata. Nodus petioli latior quam in *R. metallica*, subglobosus, a latere visus superne et postice valde rotundatus, irregulariter rugosus. Segmentum postpetiolare divergenter longitrorsum striatum; segmentum sequens medio subleve, lateribus oblique subtilissime striatum. — L. 5 mm.

Specimen unicum.

*Trapeziopelta* MAYR.

Species hujus generis hucusque notæ (♂ et ♀) tabulæ sequentis ope discriminandæ sunt:

1. Species majores; antennæ sine clava distincta . . . . . 2  
Species minores; antennæ clava quadri-articulata . . . . . 5
2. Anguli capitis postici haud rotundati. . . . . (Celebes) *T. maligna* F. SM.  
cum varietate nova ex Mentawai. . . . . 3  
Anguli capitis rotundati . . . . . 3
3. Funiculus articulis omnibus longioribus quam crassioribus.  
(Papuasia) *T. Loriai* EMERY.  
Funiculus articulis mediis crassioribus quam longioribus . . . . . 4
4. Mandibulæ haud dilatatæ . . . . . (Papuasia) *T. latinoda* EMERY.  
Mandibulæ usque ad dimidiam longitudinem sensim dilatatæ, deinde  
apicem versus angustatæ . . . . . (Sumatra) *T. Modiglianii* n. sp.
5. Processus clypei apice emarginatus . . . . . (Sumatra) *T. bidens* n. sp.  
Processus clypei angustus, haud emarginatus; species minutiores 6
6. Processus clypei longus et tenuis plus duplo longior quam latior.  
(Papuasia) *T. xiphias* n. sp.  
Processus clypei brevior . . . . . (Papuasia) *T. tenuis* n. sp.

*Adnot.* — Eidem generi videtur pertinere *Ponera nitida* F. SM. ex *Celebes*, in coll. Musei britannici \* generi *Bradoponerae* irritè adscripta.

52. *Trapeziopelta xiphias* n. sp. (Tab. VIII. fig. 2.)

*Foemina.* Castanea, mandibulis, scapo pedibusque rufo-testaceis, nitida, dispersissime subtiliter punctata, longe pilosa. Caput longius quam latius, subrectangulare, antice vix latius quam postice, hic late arcuatim emarginatum, clypeo brevi, medio elevato et in processum linearem triplo longiorem quam latiore producto. Mandibulæ lineares, ultra medium dente acuto, apice bidentatæ. Antennæ scapo marginem occipitalem attingente, articulis 3—8 (funiculi 2—7) brevibus, transversis, quatuor ultimis clavam efficientibus. Thorax angustus, sua latitudine fere triplo longior, epinoto obtuse truncato. Petiolus rotundato-subcubicus; segmentum post-petiolare latius quam longius, segmento sequente brevius, ab eo strictura forti separatum. Alæ desunt. — L. 4 mm.

*Friedrich-Wilhelmshafen*; specimen unicum.

53. *Trapeziopelta tenuis* n. sp. (Tab. VIII. fig. 3.)

*Foemina.* Obscure fusca, mandibulis, antennis, pedibus anoque rufo-testaceis. Præcedenti simillima, sed minor, processu clypei minus longo et tenui, antennarum scapo brevior, marginem occipitalem haud attingente, funiculi articulis mediis brevioribus, mandibularum dente marginali a basi

\* Conf. MAYR in: Verh. Zool. Bot. Ges. Wien, v. 36. p. 362.

magis remoto, epinoto abruptius truncato, petioli squama minus crassa, distincte latiore quam longiore agnoscenda. — L.  $3\frac{1}{2}$  mm.

*Insula Beliao, prope Berlinhafen*; specimen unicum.

54. *Pachycondyla* (*Ectomomyrmex*) *acuta* n. sp.

*Operaria*. Fusco-nigra, mandibulis, scapi basi et apice, funiculo, trochanteribus, genibus, tibiis, tarsis anoque ferrugineis; opaca, abdomine postice nitidiore, pubescens et pilosa. Caput paulo longius quam latius, lateribus arcuatis, occipite arcuatim emarginato, punctis pubigeris confluentibus confertissime sculptum, oculis mediocribus (ex stemmatibus circiter 30) a mandibularum articulatione spatio eorum diametro subæquali separatis, clypeo medio carinato, carina antice breviter, acute producta. Mandibulæ striatæ et punctatæ, margine masticatorio obliquo, 5 dentato. Antennæ scapo marginem occipitalem fere attingente, funiculo clavatim incrassato, articulo antennæ tertio circiter tam longo quam crasso, sequentibus sensim crassioribus, ultimo subcompresso. Thorax dorso continuo, sutura promesonotali distincta, meso-epinotali nulla scuto pleurali \* mesothoracis separato. Pronoti convexi, haud marginati mesonotique sculptura ut capitis, sed paulo subtilior, punctis longitrorsum magis confluentibus; meso- et metapleuræ striato-rugosæ; epinotum rudius irregulariter rugosum, pagina declivi transverse striata, concava, margine acuto, crenato circumscripta. Petioli squama ut in *E. javano*, pagina postica longitrorsum convexa, in dorsalem oblique transeunte, pagina antica transverse convexa, longitudinaliter concava, antice posticeque transversim striato-rugosa, superne minus regulariter rugosa. Segmentum abdominis secundum confertim longitrorsum striato-rugosum et punctatum, tertium magis punctatum, segmenta postrema nitidissima, subtiliter punctata. Pedes pubescentes et parce tenuiter pilosi, metatarsus medii paris brevis et margine externo aculeatus. — L.  $5\frac{1}{2}$ —6 mm.

*Poneræ insulanae* MAYR proxima, et præcipue sculptura distinguenda.

Ex *Insula Tamara*.

55. *Pachycondyla* (*Pseudoponera*) *stigma* F.\*\* var. *quadridentata*

F. SM.

*Operaria et foemina* a speciminibus americanis squama petioli

Pars separata pleurarum mesothoracis in *Ectomomyrmecibus* et nonnullis aliis Ponerinis est pars inferior episternitis sicut alio opere demonstravi (Intorno al torace delle formiche; in: Bull. Soc. ent. ital. Anno 32. 1900, p. 103 et seq.). Genus *Ectomomyrmex* MAYRI generi *Pachycondylæ* ut subgenus subjiciendum censui.

\*\* Generi *Poneræ* LATR. species tantum calcare laterali (antico) destitutas adscribens, *P. stigma* aliasque in genus *Pachycondylam* sensu lato transferre opus fuit et subgenus novum pro ipsis instituere. De hoc et aliis circum partitionem generum *Poneræ* affinium in opere proxime typis publicandum amplius.

minus lata et paulo crassiore, margine superno magis rotundato distinguendæ.

*Mas.* Piceus, antennis, pedibus et abdominis apice extremo fusco-testaceis, modice nitidus, tenuiter punctatus, parce pubescens et pilosus, pilis erectis in pedibus paucissimis. Caput transversum, ovatum, oculis magnis, clypeo convexo, antice arcuato, mandibulis minutis, palpis maxillaribus et labialibus 4-articulatis. Antennæ scapo brevissimo, articulo 2° minuto, scapo duplo brevior, 3° et sequentibus valde elongatis, illo plus triplo longiore quam scapus. Mesonotum cum sulcis convergentibus profundis; epinotum rotundatum. Tibiæ bicalcaratæ. Petioli squama ovata, crassa, antice posticeque convexa, superne rotundata et parum attenuata, subtus antice lobo rotundato; strictura inter segmenta 2. et 3. distincta, pygidium acuminatum tamen non spiniforme. Genitalia pygidium superant, stipite subrecto, simplice, apice rotundato, lamina subgenitali angusta, elongata. Alæ fuscescentes venis fusco-testaceis, stigmata obscure fusco. — L. 5 mm. (Formæ typicæ ex America mas adhuc latet.)

Insula *Beliao*, prope Berlinhafen. — SMITH descripsit hanc formam ex insulis *Aru*. Specimen ex *Celebes* a FRUHSTORFER lectum vidi.

*Annot.* — Coloniam observavit Dom. BIRÓ in trunco putrescente, una cum termitibus aliisque formicis. Operariæ non tentaverunt auferre aut defendere larvas, quæ sunt elongatæ, antice attenuatæ atque tuberculis piligeris instructæ. A termitibus eas aggredientibus ipsæ larvæ motibus subitaneis longi colli sese defendebant, hostes repellere valentes.

Larvas istas alio opere \* descripsi: omnes ponerinarum larvæ, quas hucusque vidi, antice similiter attenuatæ sunt et tuberculis piligeris armatæ, quibus aliæ formicarum larvæ carent.

56. *Euponera* (*Brachyponera*) *luteipes* MAYR \*\* var. *croceicornis* n. var.

*Operaria et foemina.* Typo quoad structuram corporis et staturam proxima, oculis paulo minoribus et flagelli dimidio apicali croceo (scapo et flagelli basi fuscis) distinguenda.

### *Ponera* LATR.

Generi *Ponera* sensu stricto species tantum illas adscribendas putavi quæ, sicut typus generis, *P. coarctata*, in tibiis posterioribus calcare uno, scilicet mediali seu postico instructæ sunt, laterali seu anteriore nullo.

Generis ita circumscripti species ex Australia, Papuasias et Oceania ope sequentis tabellæ discriminari queunt:

\* Interno alle larve di alcune Formiche (Mem. Accad. Bologna [5] v. 8. 1899.).

\*\* Species ob pedes posteriores bicalcaratos a genere *Ponera* excludenda, Conf. notam præcedentem p. 314.

1. Petiolus squama crassa, antice transversim convexa, postice transversim subrecta et longitrorsum convexa, a latere visa angulo supero-antico distincto, supero-postico rotundato, superne visa semicircularis — 2  
 Petiolus aliter formatus — — — — — 3
2. Minor (2 mm.), petiolo superne opaco (Papuasia) *P. clavicornis* n. sp.  
 Major ( $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$  mm.), petiolo superne nitido.  
 (Papuasia) *P. selenophora* n. sp.
3. Sutura meso-epinotalis obsoleta vel vix distincta — — — — 4  
 Suturae dorsi omnes distinctissimæ — — — — — 6
4. Oculi mandibularum articulationi proximi.  
 (Queensland) *P. coarctata* var. *Mackayensis* \* For.  
 Oculi ad  $\frac{1}{4}$  ad  $\frac{1}{5}$  partem anteriorem capitis laterum — — — — 5
5. Major ( $3\frac{1}{3}$ — $3\frac{2}{3}$  mm.), sutura meso-epinotalis nulla.  
 (Papuasia) *P. Birói* n. sp.  
 Minor (2— $2\frac{1}{4}$  mm.) sutura meso-epinotalis magis minusve distincta.  
 (Papuasia) *P. papuana* n. sp.
6. Squama petioli crassa et humilis — — — — — 7  
 Squama petioli crassitie baseos dimidio vel duplo altior — — — — 8
7. Fusco-nigra, major (3 mm.) capite opaco.  
 (Nova-Caledonia) *P. Andréi* n. sp.  
 Flavo-testacea, minor ( $2\frac{1}{2}$  mm.), capite nitido.  
 (Havai) *P. Gleadowi* var. *decipiens* \* For.
8. Mesonotum pronoto paulo brevius — — (Havai) *P. Kalakauae* \* For.  
 Mesonotum pronoto tertia parte aut dimidio brevius — — — — 9
9. Squama petiolaris superne vix attenuata. Tab. VIII. fig. 12.  
 (Havai) *P. Perkinsi* For.  
 Squama supernè distincte attenuata — — — — — 10
10. Species majores: L.  $3\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$  mm. — — — — — 11  
 Species minores: L. non ultra 3 mm. — — — — — 12
11. Major (4— $4\frac{1}{2}$  mm.); clypeus carina antice furcata, medio leviter emarginatus; oculi stemmatibus tantum 4 compositi.  
 (Australia) *P. truncata* var. *elliptica* \* For.  
 Minor ( $3\frac{1}{2}$  mm.), clypei carina haud furcata, oculi stemmatibus 8 compositi — — — — — (Queensland) *P. queenslandensis* \* For.
12. Thoracis dorsum inter mesonotum et epinotum incisum — — — — 13  
 Thoracis dorsum post mesonotum haud incisum — — — — — 14
13. Oculi stemmatibus 18—20 compositi; squama petiolaris crassior.  
 (Papuasia) *P. pruinosa* n. sp.  
 Oculi stemmatibus tantum 8 compositi; squama tenuior.  
 (Papuasia) *P. Mocsáryi* n. sp.
14. Minuta (parum ultra 2 mm.); squama petiolaris fere duplo altior quam basi crassior — — — — — (Papuasia) *P. pallidula* n. sp.  
 Major; squama crassior, minus alta — — — — — 15
15. Caput opacum; color fusco-niger.  
 (Queensland) *P. trigona* subsp. *convexiuscula* \* For.

Caput subnitidum — — — — (Ceylon, Papuaasia) *P. confinis* Rog.

Observatio. — *P. antipodum* FOR. (Nova-Zelandia) et *P. punctatissima*, subsp. *Schauinslandi* EMERY (Insula Laysan), quarum sola ♀ nota est in tabellam assumi non potuerunt.

Species asterisco signatas e descriptionibus tantum novi.

57. *Ponera selenophora* n. sp. (Tab. VIII. fig. 4—6.)

*Operaria*. Fusco-nigra, mandibulis, antennis, pedibus anoque rufis, capite thoraceque opacis, epinoto et abdomine nitidis, copiose flavido pubescens, parce pilosa, pilis versus apicem abdominis longioribus. Caput (sine mandibulis) parum longius quam latius, lateribus modice arcuatis, occipite late, arcuatim, haud profunde excavato, confertissime punctatum, punctis pubigeris, punctorum interstitiis et fundo opacis. Mandibulae nitidae, parce punctatae, 8—9 dentatae, dentibus anterioribus majoribus, acutis. Clypeus antice subrectus, haud carinatus; laminarum frontialium discus parvus, ciliatus, medio late sulcatus, sulco frontali dimidiam longitudinem capitis haud attingente; oculi minutissimi, haud distincte compositi. Antennarum scapus marginem occipitis vix attingens, funiculus apicem versus sensim incrassatus, clava 5 articulata indistincta, articulis omnibus, exceptis primo et ultimo crassioribus quam longioribus. Thorax validus, dorso vix arcuato, haud impresso, paginis epinoti basali et declivi inter se angulum valde rotundatum amplectentibus, sutura promesonotali distincta, meso-epinotali debiliter signata vel obsoleta; mesonotum transversum, pronoto duplo brevius, ambo atque pleurae et sterna omnia punctata, paulo minus opaca quam caput superne; epinotum nitidum, punctis discretis, piligeris, paulo angustius mesonoto, lateribus concavis, pagina declivi lata, pro receptione squamae petioli transverse excavata, lateribus marginata. Petioli squama superne visa semilunaris, vel semicircularis, antice convexa, postice subrecta vel transversim subconcava, a latere visa antice subrecta vel leviter concava, superficie postica arcuatim in dorsalem transeunte. Abdominis tota sculptura ut epinoti. — L.  $2\frac{1}{3}$ — $2\frac{3}{4}$  mm.

Ob petioli structuram et oculos minutissimos in quibus stemmata discreta haud certe cerni possunt insignis.

*Lemien*, cribrando collecta.

58. *Ponera clavicornis* n. sp. (Tab. VIII. fig. 7—8.)

*Operaria*. Nigra, mandibulis, antennis, pedibus anoque rufescentibus, punctis pubigeris crebrius sculpta, interstitiis punctorum in capite, thorace et petiolo omnino opacis, gastere minus opaca; pilis erectis nullis nisi in segmentis abdominis apicalibus. Caput longius quam latius, lateribus debiliter arcuatis, oculis minutissimis, mandibularum articulationi proximis, clypeo modice convexo, margine late arcuato, mandibulis nitidis, parce punctatis, margine masticatorio antice dentibus tribus majoribus,



postice vix crenulato. Antennæ scapo reclinato marginem occipitis haud attingente, funiculi crassi, articulis omnibus excepto 1° et ultimo transversis, scilicet 2—6 brevissimis, 7 majore, una cum 4 ultimis magnis clavam 5 articulatam efficientibus. Thorax dorso subrecto, sutura pro-mesonotali distincta, meso-epinotali obsoleta, epinoti pagina declivi nitida, abrupta, concava, lateribus acute marginata, angulo inter ipsam et basalem rotundato, mesonoto et epinoto paulo angustioribus quam pronotum. Petioli squama a latere visa antice posticeque subrecta, superne oblique truncata, retrorsum declivis, a dorso visa semicircularis vel semilunaris, i. e. antice convexa, postice subconcava. Segmentum postpetiolare antice truncatum. — L. 2 mm.

Præcedenti affinis, sed minor, magis opaca, et petioli structura diversa agnoscenda.

*Friedrich-Wilhelmshafen.*

59. *Ponera Biró* n. sp. (Tab. VIII. fig. 9.)

*Operaria.* Fusco-ferruginea, mandibulis, pedibus anoque rufis; opaca, creberrime punctata; squamæ petiolaris margine, segmentis abdominis posterioribus pedibusque subnitidis, mandibulis, epinoti pagina declivi, petioli pagina posteriore et superficie segmenti postpetiolaris antica levibus, nitidis; pubescens atque nisi in gastere sine pilis erectis. Caput paulo longius quam latius, postice late arcuatim emarginatum, lateribus arcuatis, antrorsum convergentibus, oculis minutis ad  $\frac{1}{5}$  longitudinis laterum capituli sitis, clypeo brevi, margine antico medio late arcuato, mandibulis disperse punctatis, elongatis, margine laterali sinuato, masticatorio dentibus 6—7 majoribus, posterioribus obtusis. Antennæ scapo marginem occipitis fere attingente, articulis funiculi excepto primo et ultimo distincte crassioribus quam longioribus. Thorax dorso subrecto, pronoto rotundato, mesonoto epinotoque sensim angustioribus, sutura meso-epinotali obsoleta, epinoti pagina declivi lateribus marginata, in basalem arcuatim transeunte. Petioli squama ovata, crassiuscula, a latere visa antice posticeque subrecta, superne vix attenuata; segmentum postpetiolare antice truncatum et planum, strictura inter hoc et sequens distincta. — L.  $3\frac{1}{3}$ — $3\frac{2}{3}$  mm.

*Fœmina.* Differt ab operaria notis solitis; aetate ignotæ. — L.  $3\frac{1}{2}$ —4 mm.

*P. Perkinsi* For. proxima, sed occipite distinctius arcuatim emarginato, antennarum scapo brevioris, funiculo apice paulo crassiore, epinoto magis compresso et sutura meso-epinotali obsoleta agnoscenda.\*

\* *P. ANDRÉI* n. sp. ♀ (Tab. VIII. fig. 47.) *P. Perkinsi* simillima, fusco-nigra, mandibulis, antennis, pedibus anoque rufescentibus. Sculptura et pubescentia, ut in illa specie. Caput postice profundius arcuatim emarginatum, oculis ad  $\frac{1}{6}$  partem

*Friedrich-Wilhelmshafen.*60. *Ponera papuana* n. sp. (Tab. VIII. fig. 10—11.)

*Operaria.* Picea vel (immatura) ferrugineo-testacea, mandibulis, funiculo, trochanteribus; tibiis, tarsis anoque dilutius rufescentibus, capite opaco, thorace abdomineque superne subopacis, lateribus magis minusve subnitidis, tenuiter pubescens, thoracis dorso abdomineque breviter pilosis. Corpus totum creberrime punctatum, interstitiis punctorum opacis, microscopice scabris, squama petioli postice et segmento postpetiolarum antice levioribus, nitidis. Caput longius quam latius, postice truncatum, lateribus leviter arcuatis, oculis minutis, paulo ante quartam partem capitis laterum anteriorem, clypeo medio elevato et obtuse carinato; mandibulis nitidis, subtiliter punctatis, margine laterali vix sinuato, masticatorio apice dentibus 4 acutis, basi crenato, antennarum scapo marginem occipitis fere attingente, funiculo apicem versus incrassato, clava 5 articulata sat distincta. Thorax dorso late arcuato, haud inciso, sutura meso-epinotali plerumque vix distincta, pagina epinoti declivi marginata, nitida, cum basali angulum valde obtusum (plus quam  $120^\circ$ ) amplectente. Petioli squama epinoto latior, paulo magis quam dimidio altior crassitie baseos, paginis antica posticaque subparallelis. Segmentum sequens superficie antica subplana, infra denticulo acuto. — L.  $2-2\frac{1}{4}$  mm.

*Foemina.* Paulo major ( $2\frac{1}{4}-2\frac{1}{2}$  mm.) notis solitis ab operaria differt. Alae ignorantur.

In montibus *Hansemanni* et *Insula Tamara*.

61. *Ponera pruinosa* n. sp. (Tab. VIII. fig. 13—14.)

*Operaria.* Obscure fusca, mandibulis, funiculis et pedibus magis minusve fusco-ferrugineis, subopaca, ubique aequaliter, subtilissime punctata et tenuissime pruinoso-pubescens, pilis in corpore paucis, in pedibus et scapo nullis. Caput (sine mandibulis) paulo longius quam latius, postice arcuatim emarginatum, angulis posticis valde rotundatis, oculis majusculis (stematibus in diametro longitudinali 5—6, in uno oculo circiter 20), mandibulis nitidis, denticulatis, dentibus apice tribus majoribus, clypeo basi carinato, margine antico medio in lobulum apice subemarginatum producto, superficie lobuli postice in carinam ascendente, subconcava, trigona, nitidissima, laminae frontalibus brevibus, disco communi subplano,

anterioriorem positis (in *P. Perkinsi* ad  $\frac{1}{5}$  partem); thorax fere ut in *P. Perkinsi*, suturis distinctis, sed non impressis; petiolus squama ovata, crassissima, antice paulo altiore quam ad basin crassa, a latere visa superne vix attenuata et obtuse subtruncata. — L. 3 mm.

*Nova-Caledonia*, Noumea. Specimen unicum in coll. DOM. ER. ANDRÉ. — Praesertim squama quam in affinis multo crassiore agnoscenda. Forsan subspecies *P. Perkinsi*.

marginem ciliato, linea frontali subtili usque ad verticem producta. Antennarum scapus marginem occipitis vix attingit, funiculi apicem versus incrassati articuli 2—4 crassiores quam longiores, penultimi tam longi quam crassi. Thorax validiusculus, pronoto et mesonoto una ovatis et convexis, sutura pro-mesonotali distinctissima, dorso in sutura meso-epinotali angulatim impresso, epinoti parte basali antice angustiore quam postice, basi longitrorsum convexa in declivem curvatim transeunte, hac transversim concava, utrinque marginata. Petiolus squama ovata, alta, antice posticeque longitrorsum subrecta, antice transversim convexa superne sensim attenuata, crassitie sua ad basin plus quam dimidio altiore: strictura inter segmenta 2—3 vix distincta. — L.  $2\frac{3}{4}$ —3 mm.

*Insula Tamara et Lemien.*

62. *Ponera Mocsáryi* n. sp. (Tab. VIII. fig. 15—16.)

*Operaria.* Præcedenti simillima sed minor, capite angustiore, minus confertim punctata et parcius pubescens, vix pruinosa, oculis minoribus, stemmatibus 8—10 compositis, clypei carina antice obtusa, tamen marginem anticum medio subangulatim productum fere attingente, antennis minus crassis, thorace paulo graciliore, squama petioli minus crassa, superne magis attenuata. Cæterum *P. pruinosa* similis. — L.  $2\frac{2}{3}$ — $2\frac{3}{4}$  mm.

*P. pruinosa* et *Mocsáryi* sunt *P. truncatae* F. SM. affines, sed statura multo minore aliisque notis diversae.

*Insula Tamara et Lemien*: 3 specimina.

63. *Ponera pallidula* n. sp. (Tab. VIII. fig. 17—18.)

*Operaria.* Flavo-testacea, capite sæpe fuscescente, mandibulis, antennis et pedibus flavis, capite superne opaco, thorace abdomineque nitidis, pubescens, pilis fere destituta. Caput latitudine sua maxima circiter quarta parte longius, antrorsum aliquantulum angustius, postice truncatum, medio vix arcuatim emarginatum, superne confertissime punctatum, oculis minutis versus  $\frac{1}{6}$  partem anticam longitudinis, mandibulis elongatis, denticulatis, apice dentibus tribus majoribus, clypeo medio obtuse carinato, antice leviter bisinuato; laminarum frontaliū discō deplanato, margine ciliato, sulco frontali subtili usque ad dimidiam capitū longitudinem producto. Antennæ scapo marginem occipitis non attingente, articulo 2 sequentibus una æquilongis, his brevissimis, 4 penultimis parum crassioribus quam longioribus cum ultimo clavam efficientibus. Thorax suturis distinctis, dorso tamen haud impresso, pronoto mesonotoque superne simul ovalibus, epinoto superne illis angustiore, lateribus parallelis, pagina basali et declivi subæquilongis, inter se angulum obtusum atque rotundatum complectentibus, declivi pro receptione squamæ leviter concava. Petiolus squama subcirculari, latiore quam epinoti pars declivis, alta, haud crassa, superne

attenuata, pagina antica convexa, postica plana, ambobus a latere visis subrectis. Segmentum postpetiolare a sequente subæquilongo strictura debili separatum. Thoracis et abdominis sculptura punctis minoribus et minus confertis quam capitis constat, in epinoto majoribus quam in partibus thoracis anterioribus. — L. parum ultra 2 mm.

*Friedrich-Wilhelmshafen.*

Observatio. — Fœmina in Insula Luzon Philippinarum a Dom. E. SIMON collecta eidem speciei pertinere videtur.

64. *Cryptopone fusciceps* n. sp. (Tab. VIII. fig. 19—20.)

*Operaria.* Ferrugineo-testacea, capite (excepto ore) fusco, mandibulis, scapis, pedibus anoque flavo-testaceis, capite promesonotoque opacis, epinoto, pleuris abdomineque nitidis, dense, brevissime pubescens et disperse, in abdomine copiosius breviter pilosa. Caput latitudine sua maxima subæquilongum, antrorsum vix angustius, postice truncatum, angulis rotundatis, perminute et densissime punctatum, omnino opacum, oculorum rudimento ad  $\frac{1}{5}$  anteriorem, mandibularum margine masticatorio valde obliquo, dentibus 5 acutis, antennarum scapo marginem occipitis haud attingente, funiculo basi tenui, articulis ante clavam 4 articulata et valde incrassata brevissimis. Thorax suturis distinctis, non impressis, disco promesonoti ovato, haud dimidio longiore quam latiore, epinoto basi valde angustato, compresso, postice latiore, a latere viso angulo inter paginam basalem et declivem rotundato. Petioli squama a latere visa tam alta quam basi crassa, superne valde attenuata, antice concava, postice subrecta, a dorso visa paulo latior quam longior; strictura inter segmenta 2—3 obsoleta. — L.  $1\frac{2}{3}$ — $1\frac{4}{5}$  mm.

*Fœmina.* Magis opaca, epinoto cuboideo abdomineque subopacis, oculis magnis, planis, capitis laterum plus quam quartam partem occupantibus. Antennæ crassiores quam in ♂, clava magis incrassata; petiolus altior, magis squamiformis. — L.  $2\frac{1}{4}$  mm.

*C. testaceae* simillima, sed minor, oculorum rudimento distincto, antennis crassioribus, squama minus crassa, antice a latere visa concava distinguenda.

*Lemien.*

65. *Cryptopone tenuis* n. sp. (Tab. VIII. fig. 21—22.)

*Operaria et fœmina.* Colore, sculptura et pubescentia *C. fuscicipiti* similis, paulo obscurior et praesertim notis sequentibus diversa: Caput multo magis elongatum, in operaria latitudine maxima fere quarta parte longius; mandibulae latiores, margine masticatorio antice dentibus 4 instructo, postice edentulo. Antennarum scapus paulo gracilior. Thorax angustior, superne visus loco suturae meso-epinotalis multo minus coarctatus, scilicet pronoto multo minus lato, mesonoto postice minus angustato,

epinoti dorso lateribus subparallelis, id est antice vix angustiore quam postice, sutura meso-epinotali superne obsoleta, angulo inter paginam basalem et declivem distincto, pagina declivi subrecta. Petioli squama brevior, in ♀ superne visa semicircularis, epinoto latior, a latere visa antice posticeque subrecta, superne minus attenuata et subtruncata. — L. ♂  $1\frac{2}{3}$ — $1\frac{3}{4}$  mm., ♀  $2\frac{1}{4}$  mm.

*Insula Tamara, Lemien*; tria specimina.

## V.

### *Species e subfamilia Myrmecinarum.*

#### 66. *Ischnomyrmex dromedarius* n. sp. (Tab. VIII. fig. 23—24.)

*Operaria.* Nitida, lætè rufa, tibiis obscurioribus, scapo fusco, gasterè flavescente, setulis fuscis, crassis, brevibus, retusis, obliquis copiose hirta. Caput (collo excluso) paulo longius quam latius, postice rotundatum, sed in collum longissimum capitis parte lata (mandibulis exclusis) haud multo brevius, margine postremo infundibuliformi productum, mandibulis subopacis, striatis, denticulatis, dentibus apice tribus majoribus, clypeo convexo, antice medio emarginato, pone marginem transverse striato, area frontali magna, nitidissima, genis et lateribus capitis inter oculum et laminam frontalem oblique striatis. Thorax gracilis, dorso levi, lateribus oblique striatis, pronoto acute gibboso, dorso, a latere viso, post gibberem æqualiter concavo, epinoto in gibberem alterum spinas acutas furcæ instar gerentem elevato. Petiolus nodo brevi longe pedunculato; postpetiolus conicus. Pedes graciles, geniculis spinis duabus brevibus armatis, tibiis posterioribus ealcaratis. — L. 9—10 mm.; caput cum collo et mandibulis parum ultra 3 mm.

Species inter omnes congeneres ob collum longissimum et pronotum acute gibbosum insignis.

Var. *fusca* n. var.

*Operaria.* Typo simillima, sed fusco-nigra, mandibulis, funiculis et tarsis ferrugineis.

In silva *Lemien* et *Insula Tamara*, super folia arborum currens.

#### 67. *Pheidole cervicornis* n. sp. (Tab. VIII. fig. 25.)

*Operaria.* Fusco-ferruginea, rugosa, opaca, pedibus nitidis, copiose pilosa, gasteris basi flavescente. Caput ovatum, longitrorsum sulcato-rugosum, mandibulis striatulis, scapo marginem occipitis paulo superante, articulis 3—9 longitudine sua haud crassioribus, clava modice incrassata. Thorax rugosus, promesonoto elevato, superne planato, antice utrinque spina longa bifurcata, postice spinula erecta. Epinotum superne eminentia

trunciformi in spinas binas magnas desinente, quarum unaquaque in ramum anteriorem breviorē et posteriorem longiorem compressum partitur. Petiolus gracilis, opacus, nodo conico, acuto; postpetiolus parvus, transverse ovalis. Gaster nitida, parte anteriore albida, subopaca. — L. 2 mm.

*Lemien*: specimen unicum. Ob spinas thoracis furcatas inter omnes congeneres insignis. *Miles* ignoratur.

68. *Pheidole sexspinosa* MAYR, var. *fuscescens* n. var.

*Miles et operaria*. Differt a typo (secundum descriptionem MAYRI) colore obscuriore, fusco-ferrugineo, gastere excepta basi fusca, pedibus et operariae gasteris basi flavescens.

In rupe coralligena ad litus maris.

Subsp. *Biró* n. subsp.

*Miles*. Typo proximus, sed minor: color fere ut in var. praecedente, pedes et gasteris basis dilutiores; caput magis elongatum, quam in typo; thorax minus rude rugosus, mesonoto sublevi, nitidissimo, gasteris segmenti basalis dimidio antico toto subtiliter striato, subopaco. — L.  $2\frac{2}{3}$ — $3\frac{1}{4}$  mm.

*Operaria*. Typo simillima, sed minor, color fuscus, mandibulis, antennis, pedibus petiolo et postpetiolo flavo-rufescentibus, femoribus fuscatis, gasteris basi dilutissime albido-flavescente; sculptura ut in typo. — L.  $1\frac{1}{2}$  mm.

*Mas*. Pallide luteus, capite, fascia mesonoti mediali duplici et macula in eodem segmento utrinque elongata fuscis, pedibus et antennis albidis. Caput trapezoideum, paulo latius quam longius, antice latius, oculis valde convexis, dimidium anticum occupantibus, lateribus post oculos subrecte ad ocellos decurrentibus. Epinotum inter paginam dorsalem et declivem utrinque tuberculo obtuso. Petiolus nodo parvo cuneiformi; postpetiolus paulo latior, antice utrinque obtuse angulatus. Alae hyalinae costis et stigmatibus dilutis. — L.  $2\frac{2}{3}$  mm.

*Friedrich-Wilhelmshafen*.

69. *Pheidole umbonata* MAYR, subsp. *fusciventris* n. subsp.

*Miles*. *Ph. umbonatae* typicae simillimus sed minor, laete rufo testaceus, thorace dilutiore, antennis, pedibusque flavis, mandibularum margine gastereque fuscis. Capitis structura ut in typo, rugae subtiliores, rugarum frontis et genarum pars usque ad marginem occipitis haud interruptae prolongantur. Thorax omnino ut in typo, petiolus angustior, nodo minus alto, postpetiolus rotundatus, paulo latior quam longior. — L.  $1\frac{3}{4}$ —2 mm.

*Operaria*. *Ph. umbonatae* typicae simillima, minor et gracilior, flava, capite rufescente, antennarum clava fuscata, gastere fusca. — L.  $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$  mm.

*Friedrich-Wilhelmshafen, Ins. Beliao*. Velociter currens; nidus in trunco putrescente.

*Adnot.* — *Ph. umbonata* MAYR typica etiam a Dom. BIRÓ copiose collecta. — *Selco*, *Beliau*, *Tamara*, *Rostuloa*.

70. *Pheidole lobulata* n. sp.

*Miles*. Rufo-ferrugineus, nitidus, gastere fusco-flavescente, antennis pedibusque flavis, copiose pilosus. Caput elongatum, postice profunde excisum et medio sulcatum, sine impressione transversa verticis, lobis occipitis rotundatis, clypeo brevi, medio breviter carinato; frons et genæ longitrorsum rugosæ, rugis seu carinulis paulo ultra dimidiam capitis longitudinem prolongatis; occipitis latera rugis irregularibus interruptis; laminæ frontales antice in lobum auriformem productæ, postice in rugam subtilem paulo ultra dimidium caput continuatæ; fovea superficialis rugis destituta utrinque pro apice scapi qui dimidium spatii inter oculum et marginem occipitis non attingit. Mandibulæ leves, sparse disperse punctatæ. Thorax superne levis et nitidus, lateribus punctatus ut in *Ph. umbonata*, sed latior et robustior, promesonoto valde convexo et utrinque producto, spinis epinoti validioribus. Petiolus latior, postpetiolus utrinque distincte angulatim productus. — L.  $2\frac{1}{2}$  mm.

*Operaria*. *Ph. umbonatae* proxima et paulo validior, laminis frontalibus antice distincte in lobulum elevatis atque spinis epinoti longioribus agnoscenda.

*Friedrich-Wilhelmshafen*.

71. *Pheidole cryptocera* n. sp. (Tab. VIII. fig. 26—27.)

*Miles*. Ferrugineus, clypei mandibularumque margine fusco, antennis pedibus et abdomine lutescentibus, capite thoraceque maxima parte opacis, abdomine nitido, copiose pilosus et vix pubescens. Caput magnum, quarta parte circiter longius quam latius, lateribus subparallelis, postice profunde angulatim incisum, mandibulis validis, convexis, nitidis, apice bidentatis, clypeo plano, nitido, antice medio anguste emarginato, laminis frontalibus divergentibus, sigmoideis et usque ad  $\frac{2}{3}$  longitudinis capitis productis, antice lamelliformibus, elevatis, scrobem scapo æquilongam limitantibus; vertex sulco longitudinali et impressione transversa distincta. Superficies capitis creberrime reticulato-punctata, præterea rugis in fronte at genis longitudinalibus confertis, in vertice et occipite in retem laxum rugarum transeuntibus, cujus areolæ in occipite nitidæ; scrobs profunda rugis caret et ab impressione pro apice scapi versus oculum oblique descendit. Oculi ad  $\frac{1}{3}$  longitudinis capitis. Thorax promesonoto transverso, subrhomboidali, angulis lateralibus rhombi valde prominentibus, sed rotundatis, sutura promesonotali debili, mesonoto plano, utrinque subemarginato et obtusissime dentato. Dorsum thoracis post mesonotum ad epinotum abrupte descendit, hoc spinis obliquis, mediocribus armato. Thorax sicut caput reticulato-punctatum, pronoto superne rugis nonnullis transversis. Petiolus

superne nodo parvo cuneiformi; postpetiolus paulo latior, transverse subtrapezoides. Gaster antice dense punctulata, subopaca. — L.  $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$  mm.

*Operaria.* Flavo-testacea, capite thoraceque creberrime reticulato-punctatis, opacis, abdomine nitido. Caput tam longum quam latum, lateribus convexis, occipite late emarginato, superne rugis nonnullis longitudinalibus vix conspicuis, clypeo convexo, antice arcuato, laminis frontalibus brevibus, mandibulis trigonis, acute denticulatis, scapo marginem occipitis attingente. Thorax promesonoto convexo, utrinque rotundato et obtusissime angulato, mesonoto postice utrinque obtuse angulato, dorso post mesonotum abrupte descendente, epinoti spinis acutis, pagina declivi ipsius brevioribus. Petiolus nodo angusto, minuto, subcuneiformi; postpetiolus transverse ovalis petiolo circiter dimidio latior; gaster nitidissima. — L.  $1\frac{1}{2}$  mm.

*Foemina.* Caput brevius quam in milite, sed similiter constructum et sculptum. Thorax nitidus, mesonoto longitrorsum striato, scutello nitido, epinoti lateribus rugosis. Petiolus latior, postpetioli anguli anteriores prominentes. — L. 3 mm.

*Insulae Beliao et Seleu.* Nidus in ligno putrescenti.

72. *Pheidole laminata* n. sp. (Tab. VIII. fig. 28—29.)

*Miles.* Facie, structura thoracis et petioli sculpturaque *Ph. cryptocerae* proximus; flavo-testaceus, clypei et mandibularum margine fusco, abdomine pedibusque dilutiioribus. Caput paulo magis elongatum, lobis occipitis magis rotundatis, incisura minus lata et minus profunda separatis; mandibulae minus convexae, striatulae, oculi paulo post  $\frac{1}{4}$  longitudini capitis; laminae frontales antice in laminam angulatam productae, parum ultra oculum extensae, scrobe brevissima postice evanescente, impressione pro scapo superficiali, rugis in ipsa debilioribus, sed non omnino evanescentibus; sculptura capitis paulo subtilior quam in *Ph. cryptocerae*. Petiolus, postpetiolus et basis gasteris subopaca, microscopice scabra. — L.  $2\frac{1}{4}$  mm.

*Operaria.* *Ph. cryptocerae* simillima, gracilior et pallidior atque petioli, postpetioli et gasteris basi subopacis agnoscenda. — L.  $1\frac{1}{3}$  mm.

Militis specimen unicum cum operariis nonnullis.

73. *Pheidole fuscula* n. sp.

*Miles.* Fusco-niger, nitidus, mandibulis, genis, antennis pedibusque pallidis, scapo femoribusque fuscatis, mandibulis genisque nonnunquam rufis. Caput paulo longius quam latius, lateribus late arcuatum, occipite angulatim inciso, angulis posticis rotundatis, superne striatum, striis antice confertioribus, postice sensim minus crebris, deinde evanescentibus, occipite extremo lateribusque nitidissimis, punctatis; occiput et vertex cum sulco medio profundo et impressione verticis transversa superficiali, utrin-



que impressione altera sublevi pro apice scapi; clypeus levis, sine carina; mandibulae convexae, leves, disperse punctatae; laminae frontales non ultra oculum prolongatae, haud elevatae. Antennae breves, scapo vix dimidium spatii inter oculum et marginem extremum lobi occipitalis attingente, articulis funiculi mediis crassioribus quam longioribus, clava crassiuscula. Thorax pronoto lato, utrinque rotundato, proeminente mesonotoque levibus, nitidisque, hoc convexo, utrinque cum impressione longitudinali, epinoto superne concavo, utrinque carina marginali quae in dentem seu spinulam acutam desinit. Petiolus nodo subcuneiformi, parte antica segmenti haud latiore, superne rotundato; postpetiolus paulo latior, transverse ovalis. Petiolus, postpetiolus et gaster leves et nitidi. — L. 2—2 $\frac{1}{4}$  mm.

*Operaria*. Color militis; nitidissima, genis circum foveam antennalem striatis, mesopleuris superne punctatis, caeterum levissima, punctis piligeris minutissimis. Caput postice truncatum, angulis posticis lateribusque rotundatis, mandibulis apice bidentatis, caeterum edentulis, levibus, clypeo convexo, antennarum scapo occipitis marginem attingente, funiculo ut in 4. Thorax promesonoto convexo, epinoti pagina basali et declivi subaequilongis, illa deplanata, postice dentibus acutis armata. Petiolus ut in 4; postpetiolus petiolo haud latior, subglobosus. — L. 1 $\frac{1}{3}$  mm.

*Insula Beliao*; nidus in trunco putrescente.

74. *Monomorium fossulatum sechellense* EMERY, var. *papuasiae* n. var.

*Operaria*. Subsp. *sechellensi* simillima, capite paulo brevior, clypei sub laminae frontales eminentia magis conspicua, epinoto utrinque haud distincte dentato, sed saltem angulato, nodoque petioli postpetiolo paulo latiore (in *sechellensi* paulo angustiore) agnoscenda. Sculptura ut in subsp. *sechellensi*.

*Lemien, Montes Hansemanni*.

75. *Pheidologeton affinis* JERD., var. *minor* n. var.

*Operariae majoris* seu *militis* specimen maximum oculo praeditum est multo minor (L. 10 mm., caput cum mandibulis 4×3.8 mm.) specimenibus ocelliferis hujus speciei quae ex India et Australia vidi. Vertex levior, punctis paucis et rugis obsoletis; caeterum typo similis. — *Operaria minor* a typo haud agnoscenda.

Ex insula *Tamara*.

*Annot.* — Eidem varietati adscribendas censeo foeminas quas ex Insulis Aru olim acceperam, a ♀ *Ph. affinis* typici similiter statura minore (L. 14—15 mm., caput 3.3×3, ala ant. 11 mm.) et capite minus scabro distinguendas.

Typus speciei in insulis Papuasiae adjacentibus occurrit; ♀ ex Batjan a DOM-STAUDINGER & BANG HAAS emsi.

*Aneleus* nov. subgen.

Hoc subgenus novum instituendum censui pro speciebus minutis generis *Pheidologeton* quarum milites, quatenus noti sunt, statura et magnitudine capitis haud variantibus ordinem individuorum ab operariis separatum ut in genere *Pheidole* constituere videntur.

Subgeneri adscribendae sunt species sequentes :

*Ph. pygmaeus* EMERY ex *Ternate*.

*Ph. perpusillus* EMERY ex *Africa australi*.

*Ph. similis* MAYR ex *Nicobar et Papuaasia*.

*Ph. minimus* n. sp. ex *Papuasias*.

*Ph. sarasinorum* n. sp. ex *Celebes*.

76. *Pheidologeton* (*Aneleus*) *minimus* n. sp.

*Miles*. Fusco-ferrugineus, capite piceo, ore rufo, antennis pedibusque flavescens; nitidus, capite superne, pleuris epinotoque opacis, longe oblique pubescens, pilis longioribus paucis in trunco, in pedibus nullis. Caput longius quam latius, lateribus parallelis, subrectis, margine occipitali leviter emarginato, angulis posticis late rotundatis, sulco frontali usque ad occiput extenso, subtiliter et regulariter striatum, scilicet carinulis subtilibus longitudinalibus instructum, inter quas sulcorum fundus longifrorsum striatus et punctis pubigeris regulariter dispositis sculptus; pili subadpressi ex punctis surgentes in fronte et vertice oblique introrsum et retrorsum versi; clypei pars media levis, latera striata; mandibulae leves, margine masticatorio nigro, dentato. Antennarum scapus dimidiam capitis longitudinem paulo superat, funiculi articulis mediis paulo brevioribus quam crassioribus, clavæ articulo ultimo præcedente crassiore et fere triplo longiore. Thorax pronoto lato, utrinque rotundato, sutura promesonotali subtili, mesonoto postice cum toro scutellari transverso; epinotum confertissime punctatum, utrinque dente magno, acuto. Petiolus nodo alto, lato, subsquamiformi, superne rotundato; postpetiolus nodo petioli paulo latior, transverse ovalis; segmentum gasteris basale antice emarginatum, gasterem fere totam superne tegens. — L. 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> mm.

*Operaria*. Color militis, nitida, meso- et metapleuris epinotoque crebre punctatis, opacis. Caput paulo longius quam latius, lateribus arcuatis, occipite subemarginato, clypei lobo lato, rotundato, genis circum antennarum insertionem subtilissime arcuatim striatis, laminis frontalibus brevibus, oculis minutis; mandibulae leves, margine masticatorio valde obliquo, 5 dentato. Thorax sutura meso-epinotali profunde impressa, pronoti nequam marginati angulis humeralibus rotundatis, epinoto brevi, paginae declivis margine laterali superne in dentem acutissimum producta. Petiolus

nodo rotundato, longiore quam latiore; postpetiolus illo subæquilatus sed brevior, subglobosus. — L.  $1-1\frac{1}{4}$  mm.

*Insula Beliao.*

77. *Pheidologeton* (*Aneleus*) *similis* MAYR \* var. *crassiuscula* n. var.

*Operaria.* A typo speciei ex Insulis Nicobar differt solummodo thorace breviori et latiore.

*Friedrich-Wilhelmshafen.* Miles ignoratur.

78. *Oligomyrmex atomus* n. sp. (Tab. VIII. fig. 30.)

*Miles.* Ferrugineus, capite obscuriore, mandibulis, antennis, pedibus petioloque flavescens, vel flavescens, capite ferrugineo, nitidus, capite opaco, copiose albido-pubescentibus et parce, longe pilosus. Caput elongatum, circiter  $\frac{1}{3}$  longius quam latius, lateribus parallelis, angulis posticis rotundatis, occipite utrinque dente erecto, acuto, inter dentes profunde arcuatim emarginato; clypeus brevis, abrupte declivis, inermis, medio impressus, postice inter laminas frontales breves divergentes productus, area frontali nulla; mandibulæ convexæ, nitidæ, levissimæ, obtuse 4—5 denticulatæ; genæ et frons longitrorsum striato-rugosæ, caput cæterum confertissime rugose punctatum, punctis in lateribus occipitis magis confluentibus; oculi minuti ad  $\frac{1}{4}$  capitis laterum. Antennæ breves, scapi reclinati apice dimidiam capitis longitudinem paulo superante, articulo 2. sequentibus tribus una majore, 3—7. brevioribus quam crassioribus. Thorax pronoto magno, subgloboso, nitido, mesonoto brevi, sutura pro-mesonotali distincta, mesoepinotali profunde impressa, epinoto subcubico, utrinque marginato, postice dentibus acutis, confertissime punctato, opaco. Petiolus nodo superne viso rotundato; postpetiolus nodo petioli vix latior et parum brevior, transverse ovalis. — L.  $1\frac{1}{2}-1\frac{2}{3}$  mm.

*Operaria.* Color, pubes et pili ut in 4. Caput, thorax et petiolus confertissime punctata, opaca. Caput longitudine sua fere æquilatum, angulis posticis rotundatis, occipite inermi, late, haud profunde emarginato, punctis in toto capite æqualiter confertis, haud confluentibus; mandibulæ minus convexæ quam in 4, acutissime 5 dentatæ; oculi minuti ad  $\frac{2}{5}$  longitudinis capitis. Antennarum scapus reclinatus  $\frac{3}{4}$  longitudinis capitis attingens. Thorax promesonoto tam lato quam longo, antice arcuato, angulis humeralibus obtusis, postice angustato, sutura pro-mesonotali nulla, mesoepinotali impressa; epinotum ut in 4, utrinque marginatum et dentigerum. Petiolus punctatus, nodo subrotundo; postpetiolus nitidus, nodo petioli subæquali. — L.  $\frac{4}{5}$  mm. vel parum ultra.

\* *Solenopsis similis* MAYR, Verh. Zool. Bot. Ges. Wien, v. 12. 1862. p. 751. — In specimine typico a Dom. MAYR benigne communicato et in varietate papuana antennæ sunt 11 articulatæ. Species propterea a genere *Solenopsi* excludenda.

*Montes Hansemami, Insula Tamara et Beliao*; ex trunco putrescente et etiam cribri ope collecta.

Operaria hujus speciei inter omnes formicas hucusque notas minima.

79. *Oligomyrmex subreptor* n. sp.

*Operaria.* Flava, nitida, pube longa oblique abstante copiose vestita et pilis longioribus nonnullis. Caput oblongum, quarta parte circiter longius quam latius, lateribus subparallelis, margine postico leviter concavo; clypeo inermi, sed lobo lato, medio truncato et submarginato, utrinque obtuse angulato instructo, laminis frontalibus brevibus, oculis perminutis, punctiformibus, nigris. Mandibulae trigonae, margine masticatorio acute 5 dentato. Antennarum scapus  $\frac{3}{4}$  longitudinis capitis vix attingit, articuli 3—7 transversi, ultimus praecedente plus quam triplo longior. Thorax sutura meso-epinotali impressa, epinoto utrinque margine ad limitem inter partem basalem et declivem obtuse angulato. Petiolus nodo superne rotundato; postpetiolus nodo petioli vix latior, sed brevior, transverse ovatus. — L. paulo ultra  $1\frac{1}{5}$  mm.

*Miles* ignoratur.

80. *Solenopsis maxillosa* n. sp. (Tab. VIII. fig. 31—32.)

*Operaria.* Fusco-picea, nitidissima, petiolo et postpetiolo rufescentibus, mandibulis, antennis, pedibus et abdominis apice pallide ochraceis, punctis dispersis pubem haud copiosam erectam et pilos paucos longiores gerentibus obsita. Caput oblongum, lateribus subrectis, parallelis, postice vix emarginatum; clypeus bicarinatus et dentibus binis acutis, longis, subspiniformibus, armatus, et utrinque denticulo altero minutissimo obtuso, marginibus antero-lateralibus late arcuatim emarginatus; oculi minuti, depressi; mandibulae angustae, sublineares, margine masticatorio a margine basali haud separato, dentibus quatuor acutis, fuscis, quorum primus paulo ultra dimidiam longitudinem mandibulae, tres ultimi inter se proximiores. Antennarum scapus marginem occipitis haud attingit, articuli 3—8 crassiores quam longiores. Thorax sutura meso-epinotali profunde impressa, epinoto brevi, rotundo, duplo brevior quam promesonotum. Petiolus antice tenuis, postice nodo alto, superne rotundato, paulo latiore quam longiore, antice subtus dente minuto; postpetiolus subglobosus petiolo paulo latior et minus altus. — L.  $1\frac{2}{3}$  mm.

*Foemina.* Picea, abdomine dilutiore, mandibulis, antennis et pedibus pallide ochraceis, longius copiosiusque pilosa quam operaria. Caput latius quam longius, oculis et ocellis magnis; clypeus dentibus magnis, crassioribus, haud spiniformibus et utrinque dente altero minuto, acuto. Mandibulae ut in ♀, sed dentibus majoribus. Antennae 11 articulatae, scapo ocellum parem vix attingente, articulis 3—9 paulo crassioribus quam longioribus. — L.  $4\frac{1}{4}$  mm.

*Tamara, Erima.* — Foeminam ob mandibularum structuram huic speciei adscripsi, etiamsi non fuerit cum operariis capta.

81. *Solenopsis papuana* n. sp.

*Operaria.* Fusca vel fusco flavescens, ore, antennis, pedibus anoque luteis, nitidissima, parce punctata et ex punctis longe suberecte pubescens vel oblique pilosa. Caput paulo longius quam latius, lateribus late arcuatis, margine postico subrecto, seu vix emarginato, clypeo utrinque arcuatim emarginato, medio bicarinato et bidentato, dentibus haud spiniformibus, oculorum diametro crassitie scapi fere aequali, mandibulis angustis, margine masticatorio quadri-dentato. Antennarum scapi apex  $\frac{3}{4}$  longitudinis capitis attingit, articulis 3—8 transversis. Thorax inter mesonotum et epinotum profunde impressus, epinoto brevior quam latiore. Petiolus subtus antice sine dente, superne nodo valde crasso et alto, paulo latiore quam longiore, dorso epinoti subaequilato; postpetiolus nodo petioli vix latior, sed minus altus et antice abruptior quam postice. — L. 1— $1\frac{1}{4}$  mm.

*Foemina.* Obscurior operaria, punctis pubigeris majoribus, abdomine minus, nitido, creberrime subtiliter reticulato. Caput paulo longius quam latius, clypeo fere ut in ♀, antennarum 10 articularum scapi apice ocellum impari vix superante; epinotum a latere visum arcuatum, postice depresso et subimpresso, petioli nodo subcuneiformi, angulo cunei superno, anguste rotundato. postpetiolo nodo petioli latiore, postice rotundato, antice latiore quam postice; pedes pilis longis obliquis. — L.  $2\frac{2}{3}$ —3 mm.; caput et thorax  $1\frac{1}{4}$  mm.

Prope *Berlinhafen* et *Friedrich-Wilhelmshafen* locis plurimis praesertim cribrando lecta.

82. *Crematogaster enneamera* n. sp. (Tab. VIII. fig. 33—35.)

*Operaria.* Nitidissima, nuda (vix microscopice disperse punctata et pubescens), capite fusco, antice rufescente, ore, antennis, thorace, pedibus, petiolo, postpetiolo et gasteris basi flavo-testaceis, reliqua gastere nigra. Caput lateribus arcuatis, angulis posticis late rotundatis, clypei parte media elevata, utrinque acute marginata, partibus lateralibus depressis, depressione cum fovea antennali continua, laminis frontalibus brevissimis. Antennae breves et crassae, novem-articulatae, scapo marginem occipitis haud attingente, articulis 3—5 transversis. 6—7 minus brevibus, 8—9 clavae pertinentibus. Thorax crassus, promesonoto supra subdepresso, sutura promesonotali indistincta, epinoto postice late excavato, pagina basali brevissima, utrinque in spinam basi crassam validam acutam producta. Petiolus latitudine sua brevior, trapezoideus, antice latior quam postice; postpetiolus transverse ovalis, sine sulco aut impressione mediana. Pedes validiusculi. — L.  $1\frac{3}{4}$  mm.

*Mas.* Sordide flavescens, capite, mesonoti lateribus, scutello et gastere

basi fusciscentibus, ore, antennis, pedibus petioloque albidis. Caput postice angustatum. Antennæ 10-articulatæ, funiculi moniliformis articulo secundo (antennæ 3) maximo, præcedente vel sequente duplo longiore. Petioli nodus et postpetiolus subæquilati, simul sesqui longiores quam latiores. Alæ hyalinæ, costis albidis. — L. vix ultra 2 mm.

Inter omnes congeneres antennis operariæ 9 articulatis insignis.

*Insula Seleo.* Nidus in ramulo exsiccato ab eruca perforato; ♀ in nido non erat.

### 83. *Creमतogaster polita* F. Sm. (Tab. VIII. fig. 36—38.)

*Operaria.* Colore variabili, plerumque castaneo-rufa, capite gastereque fuscis, antennis, petiolo, coxis, trochanteribus et tarsis dilutiõribus, vel etiã tota castaneo-rufa, abdomine fusco, antennis pedibusque magis rufescentibus; nitidissima, copiose (etiam in scapo et pedibus) pilosa. Caput leve, subquadratum, lateribus arcuatis, occipite late arcuatim emarginato, clypeo medio convexo, sine striis aut carinis, mandibulis nitidis, disperse punctatis. Antennæ 11 articulatæ, scapo marginem occipitis vix superante, funiculi articulis omnibus longioribus quam crassioribus, clava elongata biarticulata (vel subtriarticulata, scilicet articulo 9 præcedente sesqui longiore, sed sequente multum brevior). Thorax levis, meso- et metapleuris longitrorsum rugosis. dorso inter mesonotum et epinotum profunde angulatim constricto, sutura promesonotali superne nulla, eius loco depressione arcuata, promesonoto a latere viso valde arcuato, pronoto fornicato, mesonoto transversim depresso, longitrorsum arcuato; epinotum pagina basali brevi cum declivi angulum modice obtusum sed valde rotundatum amplectente, spina utrinque haud crassa, acuta, margine laterali partis basalis æquilonga, stigmatè sub spina magno, luteo. Petiolus plus quam sesqui longior quam latior, superne depressus et postice impressus, elongate ovalis, antice angustatus, subtus inermis; postpetiolus petiolo vix latior, subrotundus, sine sulco longitudinali. — L.  $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$  mm.

*Tamara, Seleo.* — Specimina pallidiora cum descriptione SMITHI conveniunt. WALLACE speciem legerat in *Dory*.\*

Speciem huic affinem legit DOHERTY ad *Humboldt Bay*. C. LE-GUILLOU n. sp. — ♀. Structura corporis *C. politae* affinis, sed major et aliter colorata et sculpta: fusco-nigra, mandibulis, funiculis, petiolo, coxis, trochanteribus, geniculis tarsisque ferrugineis, nitida, pilosa. Caput paulo longius quam latius, lateribus arcuatis, occipite arcuatim late emarginato, clypeo antice et lateribus, genis et frontis lateribus subtiliter striatis, cæterum leve; mandibulæ striatæ; antennarum scapus marginem occipitis fere attingens, articulis funiculi omnibus longioribus quam latioribus, clava biarticulata (subtriarticulata). Thorax pronoti lateribus et parte dorsali postice mesonotique dorso levibus, cæterum longitrorsum striato-rugosus, promesonoto æqualiter fornicato, fundo depressionis inter mesonotum et epinotum a latere viso recto,

84. *Crematogaster Birói* n. sp. (Tab. VIII. fig. 39—41.)

*Operaria*. Flava, capite (exceptis mandibulis et antennis) gastereque nigris, nitidissima, vix pubescens et parce longe pilosa, scapo tibiisque etiam pilosis. Caput postice rotundatum, clypei parte media parum elevata, basi longitrorsum rugulosa, utrinque a carina subtili limitata, carinula altera ante antennarum articulationem, laminis frontibus brevibus, genis breviter striatis, mandibulis angustis 5 dentatis, disperse punctatis. Antennæ 11 articulatae, longæ et tenues, articulis funiculi mediis vix crassioribus quam longioribus, clava elongata, biarticulata. Thorax sutura pro-mesonotali superne nulla, meso-epinotali haud profunde impressa, promesonoto antice rotundato, superne subdepresso, setis paucis longis ex tuberculis minutis surgentibus quarum una longissima locum anguli humeralis obsoleti signat; epinotum pagina basali a declivi haud distincta, oblique retrorsum descendens, transversim concavum, utrinque spina longa, tenui, acutissima, spinis basi longe distantibus. Petiolus superne depressus, elongatus, ovalis, antice angustatus et subpedunculatus, a latere visus cuneiformis, postice altior quam antice; postpetiolus subglobosus, sine impressione longitudinali, vel tantum postice obsolete impressus. Pedes graciles. L. 2—2<sup>1</sup>/<sub>3</sub> mm.

85. *Crematogaster flavitarsis* n. sp. (Tab. VIII. fig. 42.)

*Operaria*. Obscure fusca, mandibulis et articulationibus rufescentibus, tarsis flavis; breviter copiose pilosa; caput et thorax confertim subtiliter punctata, subnitida, occipite, promesonoti parte media et epinoto postice levioribus, nitidis, abdomine nitido, thoracis lateribus minus subtiliter punctatis, opacis. Caput latius quam longius, lateribus arcuatis, margine postico recto, angulis rotundatis, clypei lateribus genisque striatis, mandibulis basi striatis. Antennæ 11 articulatae, scapo marginem occipitis vix attingente, articulis funiculi mediis non crassioribus quam longioribus, clavæ triarticulatae articulo basali sequente multo brevior, præcedente fere sesqui longiore. Thorax superne concavus et marginatus, sutura pro-mesonotali nulla, meso-epinotali impressa, pronoti angulo humerali in spinam trigonam acutam producta, angulo mesonoti postico subdentiformi, epinoto postice arcuatim descendente, transverse late concavo, spinis subtilioribus quam pronoti et acutissimis. Petiolus fere duplo latior quam longior, antice dilatatus, angulis anticis rotundatis, superne depressus; postpetiolus bre-

rude striato, epinoti spinis curvatim deflexis. Petiolus brevius ovalis quam in *C. polita*, sed antice distinctius pedunculatus; postpetiolus striatus, postice impressus et superne depressus, sed non proprie sulcatus. Gaster modice nitens inter puncta piligera subtilissime reticulata. — L. 4 mm.

Duo specimina in coll. EMERY.

vis, transversus, sulco longitudinali medio. Pedes et scapi pilosi. — L.  $2\frac{1}{4}$ — $2\frac{2}{3}$  mm.

*Insulae Seleo et Tamara.*

Cum *C. tarsata* F. Sm. ex *Insula Morty* plurimis notis convenit, tamen colore diversa; fortasse ipsius varietas. Descriptio SMITHI nimium brevis et incompleta. — Etiam *C. tetracanthae* et *recurvae* EMERY affinis, a priore petioli thoracisque forma diversa, a postrema sutura meso-epinotali impressa agnoscenda.

## VI.

*Leptomyrmex, Rhizomyrma, Polyrhachis.*

### 86. *Leptomyrmex niger* n. sp. (Tab. VIII. fig. 43.)

*Operaria.* Fusco-nigra, mandibulis, funiculis et tibiaram apice fusco-testaceis, tarsis pallide flavis, capite elongato, latitudine sua plus duplo longiore, postice arcuatim attenuato, antennarum gracilium scapo tenuissimo, compresso, petioli humilis, subnodiformis angulo dorsali subrecto, apice rotundato. — L. 8 mm.

Colore et scapo tenui, compresso *L. unicolori* EMERY (ex Queensland) similis, sed capite multo longiore agnoscenda. — In altera specie papuana, *L. fragili* F. Sm. color diversus et caput postice subconice angustatum, petiolus humilior, magis elongatus, scapus subtilior et minus compressus, quapropter *L. nigrum* pro bona specie habendum censeo.

### 87. *Acropyga* (*Rhizomyrma*) *oceanica* n. sp. (Tab. VIII. fig. 44.)

*Operaria.* Dilutissime flava, capite rufescente, nitida, pubescens et breviter pilosa, pedibus sine pilis erectis. Caput longius quam latius, lateribus parallelis, postice truncatum, angulis posticis rotundatis, clypeo antice obtusissime biangulato, tertia parte media inter angulos subrecta, laminis frontalibus brevibus, inter se approximatis, oculis punctiformibus ad capitatis  $\frac{1}{3}$  anteriorem. Mandibulae angustae, margine masticatorio obliquo, acute 4-dentato. Antennae 9 articulae (nonnunquam 8 articulae), scapo marginem occipitalem haud attingente, articulo 2-do longiore quam latiore, sequentibus transversis, ultimo magno, elongato, funiculo toto crasso, claviformi. Thorax brevis et altus, promesonoto convexo, postscutello (metanoto) a mesonoto haud separato, stigmatibus suturae meta-epinotali proximis. Epinoti pars basalis in declivem curvatim transit. Petiolus squama erecta, parva; gaster elongata. — L. vix ultra 1 mm.

*Foemina.* Dilutissime flava, abdomine fusciscente, capite minus diluto, oculis ocellisque nigris. Caput subquadratum, vix latius quam longius, laminis frontalibus ut in ♀, sulco frontali profundo, oculis magnis, laterum capitatis tertiam partem occupantibus, clypeo et mandibulis ut in ♀. Antennae



minus crassæ. Thorax capite vix latior, ovatus. Petiolus ut in ♀. Alæ dilute fuscæ, costis et stigmate fusco-cinereis, costarum dispositione ut in genere *Plagiolepis*. — L.  $2\frac{1}{3}$  mm.

*Mas.* Color ut in ♀. Caput transverse quadratum, angulis magis rotundatis quam in ♀. Clypeus et mandibulæ ut in ♂ et ♀. Antennæ 11 articulatae, scapo ocellos attingente, funiculo filiformi, articulo ultimo magno et crassiore. Thorax latus; petioli squama fere ut in ♀; alæ ut in ♀. Genitalia stipes longus et subtilis. — L.  $1\frac{1}{4}$  mm.

*Friedrich-Wilhelmshafen.* Specimina singulatim capta; inter ea una ♀ et unus ♂ quos eidem speciei tribuendos putavi.

Subgenus *Rhizomyrma* a FOREL pro speciebus ex America meridionali institutum, nec hucusque ex aliis regionibus notum erat.

### 88. *Polyrhachis chartifex* n. sp.

*Operaria.* Obscure fusca, tarsis, tibiis et trochanteribus rufescentibus, mandibulis rufis, funiculi dimidio apicali croceo; vix pubescens, pilis nisi in clypeo et gastere destituta; thoracis dorso subopaco, cæterum nitida. Caput ovatum, latitudine maxima parum longius, confertim punctatum, mandibulis 5 dentatis, nitidis, clypeo obtuse carinato, antice arcuato, laminis frontilibus distantibus, sigmoideis, antennis gracilibus, scapo opaco, funiculo setulis brevibus erectis hirsuto.\* Thorax gracilis, dorso depresso, lateribus acutis, rugoso-punctatus, pronoto leviter convexo, medio impressione longitudinali signato, angulis humeralibus obtusissimis, mesonoto antice rotundato, postice angustato, parte anteriore subplana, posteriore concava, impressione arcuata has partes separante, epinoti parte basali plana, lateribus subparallelis, paulo longiore quam latiore, postice utrinque dente erecto, acuto. Petiolus squama crassa, rotundato-cubica, utrinque spina brevi, subtili, acuta. Gaster lucida, subtilissime transversim rugulosa. L. 4—5 mm.

*Foemina.* Sculptura profundiore et confertiore minus nitida, mesonoti scuto longitrorsum striato, opaco, epinoti dentibus apice obtusis, spinis squamæ crassioribus, inter spinas angulo impari obtuso ab operaria differt. L. 7 mm.

*P. gracili* EMERY proxime affinis, sed capite minus elongato, mesonotique lateribus haud angulatim elevatis distinguenda.

*Tamara* Insula prope *Berlinhafen*. Nidus chartaceus sub foliis *Caryotac urentis*.

### 89. *Polyrhachis Andromache* ROG.\*\* var. *semitestacea* n. var.

*Operaria.* Capite, thorace et squama fusco-nigris, scapi apice, pedibus

\* Setulas erectas similes funiculi in *P. Frauenfeldi* MAYR, *Urinax* ROG., *unicuspis*, *Wallacei*, *gracilis*, *Solmsi*, *lombokensis* et *Fruhstorferi* EMERY observavi.

\*\* Propter synonymiam conf. EMERY in ANN. MUS. CIV. GENOVA, v. 38. p. 579. 1897.

cum coxis gastereque testaceo-rufis, pube sericea in partibus nigris cinereo-ænescente, in partibus rufis aurea. Ceterum typo similis.

90. *Polyrhachis Calliope* n. sp.

*Operaria.* Nigra, nitida, gastere obscure violaceo-metallescente, pilis nisi in capite et gastere destituta, mesonoto epinotoque parce aureo pubescentibus. Caput ovatum, regulariter subtilius striatum, clypeo etiam striato, antice in lobum producto, occipite extremo striis destituto, nitido. Thorax validiusculus, superne et lateribus longitrorsum striatus, dorso marginato, pronoto subquadrato, parum latiore quam longiore, angulis anticis in aurículas acutas productis, sutura promesonotali impressa, mesonoto brevi, posterius minus lato, epinoti spinis parallelis, parte basali parum longioribus, petiolo superne deplanato et transversim striato, utrinque spina circum gasteris basin arcuata, gastere microscopice transverse rugulosa. — L. 4 mm.

*Friedrich-Wilhelmshafen.*

Inter species descriptas *P. ornatae* MAYR proxima, sed sculptura diversa et pube aurea thoracis in pronoto nulla, in mesonoto pauca facile agnoscenda.

91. *Polyrhachis laciniata* n. sp. (Tab. VIII. fig. 45.)

*Operaria.* Picea, scapo pedibusque rufescentibus, corpore toto cum pedibus albido piloso, gastere præter basin nitida, capite thoraceque vermiculato-rugosis, illo rugis longitudinalibus, hoc rugis in pronoto transversis, in mesonoto epinotoque irregularibus, postice magis transversis. Caput postice rotundatum, oculis prominulis, laminis frontalibus distantibus, modice elevatis, clypeo convexo mandibulisque subtiliter striatis. Thorax sutura pro-mesonotali distincta, meso-epinotali obsoleta, pronoto antice et lateribus marginato, angulis anticis acutissimis, mesonoti margine laterali elevato, sinuato, subbilobo, a margine pronoti incisura profunda separato, epinoto spinis obliquis, cornu bovini instar curvatis, ante spinam utrinque lacinia marginis erecta et stigmatate prominente. Petiolus spinis longioribus quam epinoti et similiter curvatis, inter ipsas spinula impari acutissima. — L.  $4\frac{1}{2}$ —5 mm.

*Fœmina.* Similiter colorata et sculpta, mesonoti disco longitrorsum rugoso, angulis pronoti minus acutis, mesonoto haud marginato, epinoto sine laciniis, spinis hujus segmenti et petioli brevioribus et crassioribus. — L. 6 mm.

Propter spinulam imparem petioli et sculpturam *P. Heinlethi* FOR. proxima, sed thorace alte marginato et lacinia epinoti agnoscenda.

92. *Polyrhachis argenteo signata* n. sp.

*Operaria.* Robusta, nigra, mandibulis, antennis pedibusque ferrugineis, albido pilosa; superne dispersissime pubescens, in clypeo et lateribus capitis et thoracis copiosius, epinoto pube erecta, copiosa, albida, gasteris

segmentis duobus basalibus vitta longitudinali antice abbreviata ex pube adpressa argentea notatis. Caput et thorax vermiculato-striata, illud longitrossum, hic in pronoto striis arcuatis, in mesonoto longitudinalibus, gaster opaca, subtiliter et regulariter secundum longitudinem striata. Caput subtrapezoideum, angulis posticis rotundatis, laminis frontalibus distantibus, modicę elevatis, mandibulis striatis. Thorax sutura meso-epinotali obsoleta, pronoto acute marginato, angulis anticis acutis et productis, marginibus pronoti et mesonoti incisura separatis, epinoto spinis robustis, depressis, acutis, ante spinam lobulo marginis utrinque brevi. Petioli squama haud crassa, spinis longioribus et subtilioribus quam epinoti, gasteris basin amplectentibus, margine supero inter spinas acute angulatim producto. — L. 5 mm.

Præcedenti affinis, sed multo robustior, marginibus thoracis minus altis, et loco lacinia epinoti saltem lobo minuto. Præsertim vitta gasteris longitudinali argentea notabilis.

93. *Polyrhachis Heinlethi* For. var. *papuana* n. var.

*Operaria*. A specimine typico ex *Queensland* differt mesonoto postice angustiore, lateribus sine dentibus, sed margine elevato et sinuato, epinoto ante spinam sine dente, sed lobulo brevi, rotundato.

94. *Polyrhachis croceiventris* n. sp.

*Operaria*. Nifidissima; tota nigra, gastere croceo, antennis pedibusque obscure ferrugineis; disperse pilosa, vix pubescens. Caput oblongum, postice rotundatum, clypeo gibboso, subcarinato, antice lobo late emarginato, laminis frontalibus longis, leviter sigmoidibus, oculis post dimidiam capituli laterum longitudinem. Thorax gracilis, sutura post mesonotum nulla, dorso haud marginato, pronoto antice utrinque spina valida, compressa, acuta, extrorsum et deorsum flexa, epinoti spinis longis, oblique ascendentibus. Petiolus nodiformis, antice superne angulatus, utrinque spinula tenui, acuta. Antennæ et pedes longi, breviter pilosi. — L. 9—10 mm.

*P. nigricipiti* F. Sm. (*Atalanta* EMERY) proxima, colore, spinis pronoti deflexis et spinulis petioli agnoscenda. In *P. nigricipite*, spinæ pronoti sunt minus compressæ, petiolus loco spinarum dentibus tantum instructus.

95. *Polyrhachis paromalus* F. Sm. (Tab. VIII. fig. 46.)

*Operaria*. *P. mucronatae* et *Hippomanes* affinis, sed major, magis elongata, squama petioli basi crassiore, magis nodiformi, superne magis attenuata agnoscenda. Caput et thorax subnitida, confertim punctata, punctis majoribus dispersis pubigeris; abdomen nitidius punctis minoribus minus confertis.

In silva *Lemien*.

*Observatio*. — Speciem descripsit F. SMITH ex Insula *Ceram*. Specimina papuana cum descriptione convenire videntur.

## FIGURARUM IN TABULA VIII. EXPLANATIO.

- Fig. 1. *Aenictus currax* ♀ caput.  
 “ 2. *Trapeziopelta xiphias* ♀ caput cum antenna.  
 “ 3. “ *tenuis* ♀ caput.  
 “ 4. *Ponera selenophora* ♀ thorax et petiolus a latere.  
 “ 5. “ “ ♀ petiolus superne.  
 “ 6. “ “ ♀ funiculus.  
 “ 7. “ *clavicornis* ♀ thorax et petiolus a latere.  
 “ 8. “ “ ♀ funiculus.  
 “ 9. “ *Birói* ♀ thorax et petiolus a latere.  
 “ 10. “ *papuana* ♀ petiolus a latere.  
 “ 11. “ “ ♀ funiculus.  
 “ 12. “ *Perkinsi* ♀ petiolus a latere.  
 “ 13. “ *pruinosa* ♀ petiolus a latere.  
 “ 14. “ “ ♀ funiculus.  
 “ 15. “ *Mocsáryi* ♀ thorax et petiolus a latere.  
 “ 16. “ “ ♀ funiculus.  
 “ 17. “ *pallidula* ♀ thorax et petiolus a latere.  
 “ 18. “ “ ♀ funiculus.  
 “ 19. *Cryptopone fusciceps* ♀ thorax et petiolus superne.  
 “ 20. “ “ ♀ “ “ “ a latere.  
 “ 21. “ *tenuis* ♀ “ “ “ superne.  
 “ 22. “ “ ♀ “ “ “ a latere.  
 “ 23. *Ischnomyrmex dromedarius* ♀ a latere.  
 “ 24. “ “ ♀ caput superne.  
 “ 25. *Pheidole cervicornis* ♀ oblique superne.  
 “ 26. “ *cryptocera* ♀ caput superne.  
 “ 27. “ “ ♀ caput a latere.  
 “ 28. “ *laminata* ♀ caput superne.  
 “ 29. “ “ ♀ caput a latere.  
 “ 30. *Oligomyrmex atomus* ♀ caput superne.  
 “ 31. *Solenopsis maxillosa* ♀ capitis pars anterior superne.  
 “ 32. “ “ ♀ clypeus.  
 “ 33. *Crematogaster enneamera* ♀ thorax, petiolus et postpetiolus a latere.  
 “ 34. “ “ ♀ petiolus et postpetiolus superne.  
 “ 35. “ “ ♀ antenna.  
 “ 36. “ *polita* ♀ thorax, petiolus et postpetiolus a latere.  
 “ 37. “ “ ♀ petiolus et postpetiolus superne.  
 “ 38. “ “ ♀ funiculus.  
 “ 39. “ *Birói* ♀ a latere.  
 “ 40. “ “ ♀ petiolus et postpetiolus superne.  
 “ 41. “ “ ♀ funiculus.  
 “ 42. “ *flavitaris* ♀ thorax, petiolus et postpetiolus superne.

Fig. 43. *Leptomyrma niger* ♀ caput superne.

- 44. *Acropyga* (*Rhizomyrma*) *oceanica* ♀ caput et antennæ superne  
(specimen antennæ 8 articu-  
latis).
  - 45. *Polyrhachis laciniata* ♀ thorax et petiolus oblique.
  - 46.     "     *paromalus* ♀ thorax et petiolus a latere.
  - 47. *Ponera Andréi* ♀ petiolus a latere.
- 

(Separatim editum est die 1. Augusti 1900.)

Emery C.

VIII. Tábla.

